

1719 Dezember 16., Beinwil [im Freiamt]

A

SCHREIBEN VON PFARRER WOLFGANG KARL ANTON MÜLLER AN DEN KAPLAN
[DER ST. KONRADSPFRÜNDE], BEAT JAKOB [ANTON] ZURLAUBEN
VON THURN UND GESTELLENBURG, PRÄSES DER SKAPULIERBRUDER-
SCHAFT, ZUG

*"Receperit procul dubio Dominatio Vestra litteras meas¹ raptissimè
datas, deficiente námque tempore, urgente autem necessitate Suppli-
cabam in illis pro gratioso subsidio numerati aeris, primâ cum occa-
sione ad libitum Vestrum restituendi[?]², cujus obtinendi securitas
cùm â Dominatione meâ Parente [- die Eltern des Absenders waren
Wolfgang Damian **Müller** und **Maria Jakobea** Zurlauben -] scriptô mihi
facta sit, novis Dominationem Vestram precibus appello, ut pro Suâ,
quâ Semper in me usa est, Clementiâ, egestati meae succurrere digne-
tur. Ego reciprocè, debitâ cum gratiarum Actione, pecuniarum mutuô
receptarum manu propriâ Fidem dabo, méque summè vobis constrictum
totus quantus confitebor.*

*Convenit me hodie quidam Parochianus meus, Michael **Kre[t]z** socrus
aeditui nostri, jam aliunde Dominationj Vestrae notus, pro quo non
dubius meas etiam preces interpono, ut Dominatio Vestra benignas ei-
dem aures ac liberales manus praebeat. Credat mihi, non in sterilem
Seminabit agrum; fidem praestabit vir fidelis ac probus et censúsque
annuos ex aequo persolvat. Scire Cupit interim quot pecunijs et quo
tempore ei Dominatio Vestra subvenire velit. retulit mihi, se ...
[600] circiter Florenis indigere, pro eorúmque asecurandâ solutione
pignôra Sufficientissima Substituturum. Sperans Gratosum annutum
Vestrum ad hanc et priorem meam petitionem, cum calidâ Festorum sese
subsequentium apprecatione permaneo ...".*

1) s. Zurlaubiana AH 182/178

2)